

hupta cogitat quomodo placeat viro. 1. Cor.
7. Hæc exempla posteriora ponit Silu, Orna-
tus. §. 4. Aut eos vendit illis quæ eis proba-
biliter abutuntur, vt malis mulieribus, quæ
sic volunt viros adconcupiscendum eas pro-
movere, & sic mortaliter peccat. Quoniam
mulier quæ eis vtitur, vel se ornat indecen-
ter, vt viris placeat in malum, peccat morta-
liter. Si vero hoc faciat exquadam leuitate,
vel etiam vanitate, propter iactantiam quan-
dam, non est semper mortale, sed quandoq;
veniale, vt dicit. S. Thom. secunda secundæ
q. 169. art. 2. Hæc vide in Silu. Ornatus. §.
4. Aut vendunt fucos ipsos indifferenter, &
tunc non sunt absolubiles, nisi desistant à talis
venditione. Hæc Nanarro ubi supra. Sic pu-
tarem dicendum de Octli, quod est vinum In-
dorum, & de eis qui ipsum vendunt. Quia
aut vendunt ipsum iis, de quibus probabiliter
credunt quod eo bene utantur, puta viato-
ribus, laborantibus, & ijs qui causa infirmitatis,
eo utuntur, & sic non peccant. Idein di-
cendū quando ijs quibus vendūt, tam parum
vendūt, q̄ illo tam modico non inebriabitur.
Aut vendunt ijs, quos probabiliter credunt
ex suæ conditione personæ, vel ex consuetu-
dine